

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Regimen siue regere b
cum fonte primo

Pro omnibus tibi subiectis que in domo
tua sunt, rationem Deo reddes.

Augustinus in epistola ad quemdam
comitem.

Quaeso, mi frater, quaeso, omnibus tibi
subjectis et bonae voluntatis in domo
tua, a majore usque ad minimum,
amorem et dulcedinem regni coelestis,
amaritudinem et timorem gehennae
annunties, et de eorum salute sollicitus
ac vigil existas: quia
pro omnibus tibi subjectis, qui in domo
tua sunt, rationem Domino reddes.

Anonymus (Augustinus?), *Liber
exhortationis, uulgo de salutaribus
documentis ad quemdam comitem*, 29
(PL 40, col.1057).